



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Incipiens ab exordio Imperij Arcadij & Honorij Augustorum, Anno Domini  
CCC. XCV. perueniens vsque ad CCCC. XL. continet annos XLV. ita  
dispositus, vt commodè sextus tomus à S. Leone Magno Pontifice Maximo  
inchoetur

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 416. Innocentii Pap. Annus 15. Honor. 22. Theod. 9.  
Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14566**

Cumq; exiens paci prenda atque offerenda subditissime insisteret, apud Barcinonem Hispania urbem dolo suorum (ut fertur) occisus est. Post hanc Segericus Rex a Gothis creatus, cum iudicio Dei ad pacem prorsus esset nihilominus a suis imperfectus est. Deinde Vualtha successit in regnum, ad hoc electus a Gothis, ut pacem infingeret; ad hoc ordinatus a Deo, ut pacem confirmaret. Hic igitur terris maxime iudicio Dei, quia cum magna superioris abhinc anno Gothorum manu sustenta armis navigis, transire in Africam moliretur, in duodecim milia passuum Gaditanis freti tempestate correpta miserabilis exitu perierat: memor etiam illius accepti sub Alarico claudis, cum Gothi in Siciliam transire conati, in conspectu suorum miserabiliter atropi atque demereri sunt: pacem optimam cum Honorio Imperatore, datis lictissimis obsequiis, pepigit. Placidiam Imperatoris sororem honorifice apud se honeste, habitam patri reddidit, hac Orosius.

LXI. GOTHILIX. MILANTES. VAREM. MALE. DE. HERAT.

In quibus illud primum obferuatione dignum confidera, Gothos illos, qui Urbem deperdati sunt, duplici naufragio breuissimi maris spatio fuisse punitos: tum in freto Siculo, tum Gaditano, prater alias clades, quibus confecti sunt. Itud ipsum plane aliis postea diuersis temporibus accidit eiusdem Urbis inuaforibus & predatoriis, accuratus lector inueniet; nimirum, qui id facere aui fuerunt, semper Dei vindicta haud tarda male peritit, propterea delictos esse. sed & cladem Borbonicam, quae hoc nostro saeculo accidit, in exemplum adducere possemus: verum quod prolixitatem requirant ista sermone, suis locis relinquimus pertractanda.

LXII.

Quod vero ex Orosio vidimus successisse Athaulpho Segericum, quod breuissimo tempore regnum tenuerit, videtur a Prospero praetermissus. Etenim quod a Vualtha dicit redditam Galliam Placidiam Honorio: id quidem sequenti anno factum tradit ipse Prosper in Chronico: vt ex his intelligas, hoc anno occiso Athaulpho, & Segerico successore cito e medio sublato, Vualtham sequenti anno iam adeptum administrasse regnum, eodemq; anno transitum in Africam transitum, atque passum esse naufragium. Nam quod ait, id accidisse superiore anno a tempore quo illa scribebat: cum consistet eius assertione, opus illud expletisse (vt ait) anno ab origine mundi quingue millesimo sexcentesimo decimo octauo: plane intelligis, secundum initum prius ab ipso rationem supputationis, illa absoluisse anno Domini quadringentesimo decimo septimo: & quem ait annum ante illud tempus, perspicue significare sequentem annum Domini quadringentesimum decimum sextum. Subdit haec autem de eiusdem Vualthae studio erga Romanum Imperium: *Romanis securitati periculum summi obstitit, vt aduersus ceteras gentes, quae per Hispanias consistissent, sibi pugnaret. & Romanis vinceret. Quamuis & ceteri Alamanorum, Vandalorum, Sueuorumq; Reges eodem nobiscum pacto depacti fuerint, mandantes Imperatori Honorio: Tunc cum omnibus pacem habere, omniumq; obsequia acciperet: nos nolissimum consilium, nobis perimus, tibi vincimus: immortali vero quaestus erit Republicae tuae, si vrrig, pereamus. Quis haec crederet, nisi res doceret? Itaque nunc quodlibet apud Hispanias geri bella gentium, & agi strages ex altera barbarorum, crebris certisq; nunciis discimus: praecipue vero Vualtham Gothorum Regem insistere patrandae pacis ferunt. haec Orosius; vt plane ex his videas, quam abundanti mensura Deus Honorij Imp. religionem lepus compensauerit.*

51. 10. de. Reg. Cael. Theod.

Hoc enim anno Honor. Imp. quos sciret in Africa esse Gentiles; ab eis omnes sumptus abstulit, quibus illos superstitioni haecenus infertisse scuit. extat de his b rescriptum eiusdem Imperatoris his Consulibus datum.

IESV CHRISTI Annus 416.

INNOCENTII PAP. HONOR. 21. IMP. Annus 15. THEOD. 9.

L.

QUADRINGENTESIMO decimo quinto Christi anno Theodosius Augustus septimum adit Con-

sulatum, collegam nactus Palladium: Quo aduersus Pelagianos celebratum est Concilium Carthaginense, vbi Pelagius atque Caesilius haeretici damnati sunt. Itemque aliud eodem Anno Mileui in Numidia aduersus eosdem Concilium habitum est. Ex ambabus Synodis ad Innocentium Romanum Pontificem litterae Synodales scriptae sunt.

CONCILIA CARTHAGINENSE ET MILEVITANVM.

Dicitur cum simus de vtroque Concilio hoc eodem anno, eadem quoque ex causa celebratis, primum omnium, ex instrato, temporis ratio firmanda est, cum hac in re plerosque sciamus errasse. Vt igitur absque ambiguitate certo certius asseramus, hoc anno vtramque Synodum in Africa habitam, alteram Carthagine, Mileui alteram, illam prius, hanc vero posterius; ex dictis litteris ad Innocentium Papam scriptis, & alijs eiusdem Pontificis ad eas redditis postsumus perspicue intelligere. Atque illud primum a patulo ante celebratum esse Synodum illam Carthagine, postea vero illam Mileui, inde affirmari posse videtur, iam in litteris Mileui t. ni Concilij ad Innocentium haec habentur expressa in fine: *Ita ad sanctitatem tuam de Concilio Numida scripta direximus, imitantes Carthaginensis provinciae coepiscopos nostros, quos ad sedem Apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus, haec ibi. Etenim putes, quas citant Patres litteras Carthaginensis Concilij, alias voluisse intelligere ex alio Concilio iam diu ante presentem annum datas, ac proinde non hoc anno illud celebratum fuisse, sed eodem ferme tempore: accipe, quod Innocentius Papa ad eos rescribens affirmat, nimirum per eundem legatum Episcopum ab vtraque Synodo, Carthaginensi scilicet & Mileuitana, se litteras accepisse, ait enim: *Frater & coepiscopus noster Iulius dilectionis vestrae litteras, quas ex Mileuitano Concilio cura fides propensius misisset, mihi inopinanter iniecit, Carthaginensis etiam Synodi quaedam pariter scripta subiungens, &c.* Factum namque esse videtur, vt Aurelius Carthaginensis Episcopus de his, quae decreta essent in Concilio Carthaginensi litteras scripserit ad Romanum Pontificem, iussitque Iulium, quem ad eas perferendas legauit Episcopum, in Numidiam proficisci, & e Concilio etiam Mileuitano, quod eadem ex causa collectum sciebat, alias accipere ad eundem Innocentium Papam litteras.*

c. Apud. Au. gusi. ap. 11. 32. & 13. ap. 11. Rom. Pont. inter epist. 1100.

1. In hoc ep. 12. Apud. Aug. 19. 33.

II. DE TEMPORE VTRIVSQUE CONCILII.

Cum igitur ex his appareat, eodem ferme tempore, eodemq; anno duo haec fuisse in Africa Concilia celebrata, paulo tamen ante Mileuitanum Carthaginense: vt hoc ipso anno sub dicto Consulatu Theodosij atque Palladij eadem esse habitam affirmemus, inde euidens suppetit argumentum, quod Innocentius Papa, his acceptis litteris Synodalibus, ad eosdem, qui dederant, rescribens Episcopos mense Ianuarij anni sequentis sub Consulatu Honorij atque Constantij, demonstrat hoc anno dictas Synodos esse habitas, ex quibus hoc anno eam legationem acceperit. monstrant in enim, quae reddite sunt ab ipso Innocentio ad Concilium Mileuitanum, cum datae habeantur sexto Kalendas Februarij, dictis Honorio & Constantio Consulibus, quos constat sequenti anno eo munere insignitos. Vnde ex his affirmari posse videtur, vtrumque concilium, primum Carthagine, deinde Mileui autumnali tempore celebratum: ex quibus ante hiemem legato missa, ad Innocentium peruenit hiemis tempore, quod enim mense Ianuarij anno sequenti mox ad eos rescripsit Innocentius, haud pridem se eas accepisse demonstrat, quibus etiam significat Iulium ipsum legatum ex Carthaginensi & Mileuitano Concilio eas litteras attulisse.

III.

c. Extat. 1. Conc. 11. 11. p. 48.

MILEVITANVM CONCILIVM.

Hec cum adeo euidenti ratione subsistant, ex his primum corrigi, qui dixerunt Mileuitanum Concilium contra Pelagium atque Caesilium celebratum esse e Arcadio & Honorio Augustis Consulibus, anno Christi quadringentesimo secundo. Nam Mileuitanum illud Concilium longe diuersum ab isto, de quo agitur, est, vt suo loco superius demonstratum: siquidem eo tempore nulla erat Pelagij vel Caesilij in Africanis Ecclesijs mentio: constatque illud praeterea habitum a Xantip.

POSTERIORE CONF. 593.

Xantippo Numidia Primate; presens autem, de quo est sermo, nulla de Xantippo habita mentione, primo loco positum habet Silvanum, utpote eiusdem provincie Primatem. Sed accidit vitio librorum, seu potius Collectorum incuria, ut duo hæc Mileuitana Concilia unum idemque esse rati, simul in unum conflauerint, effecerintque ex duobus unum, quod apparet typis excusum, in cuius exordio præfixa habetur nota dei & Consulis, quæ est prioris Mileuitani Concilii, cui interfuit (vt vidimus) Aurelius Carthagenensis Episcopus, & cætera, quæ habentur, vsque ad illa verba: *Idemque pariter*, quæ veto hæc sequitur Acta, huius, de quo agimus, sunt Mileuitani Concilii, vsque ad octauum canonem: reliqui vero, qui sequuntur ad finem vsque diuersorum esse apparent Conciliorum Africanorum canones: ipsamque ad finem appositam subscriptionem longè diuersam ab hoc Concilio Mileuitano, qui nomina legitur Episcoporum, qui huic Synodo interfuerunt, intelliget: adeo vt unum videas corpus ex diuersis membris esse compactum, cuius caput, pedes & reliqua membra sint ex alii diuersis corporibus compaginata: quæ nisi quæ accurate perpererit, in ambages inextricabiles & nodos insolubiles incidat necesse est.

OCCASIO COGENDÆ SYNODI CARTHAGENENSIS.

His igitur elucidatis: iam de ipsis agamus Conciliis, ac primum de Carthagenensi: cuius quidem celebrandi ea occasio ante suppeditata fuisse videtur; quod Orosius presbyter, qui anno superiori (vt vidimus) profectus in Palestinam ad sanctum Hieronymum, cum ibi esset, mense Decembris celebratam viderit Synodum Diospolitinam, in qua scilicet Pelagium, cum decepti. et inuolucro verborum Episcopos, ab eisdem fuisse absolutum, & in eorum communicationem acceptum, aduersus quem pariter scilicet sanctum Hieronymum scriptis editis reclamasse: ipse, inquam, Orosius hoc ipso anno, veris tempore solenniter Palestinam, in Africam ex condico rediens, & cuncta referens, excitauit Africanos Episcopos ad hæresim penitus debellandam, quam ipsi ante in Cælestio Carthageniensi (vt vidimus) condemnassent. Facile id fuit illis omnibus persuadere, tum exemplo & cohortatione S. Hieronymi litteris ab eo redditis ad Augustinum, tum ex imminente periculo, quod libere scirent agere vt Catholicum, iam absolutum Pelagium in Concilio Palestino, cuius decreto rescindi viderentur, quæ ipsi Episcopi Africanam ante aduersus Cælestium statuisse. Adiecit ad hæc Orosius, vt quas secum haberet datas ad se litteras Episcoporum Herotis & Lazari, eas Africanis Episcopis dederit inspiciendas, scriptas haud dubium aduersus Pelagium atque Cælestium, fuisse autem Herotem & Lazarium in Gallia Episcopos, magnoque animi ardore in hæreticos esse ambos hæretarchas, quæ inferius dicturi sumus, perspicue declarant. Porro Gallorum animos aduersus Pelagianos incensos fuisse S. Augustinus sæpè testatur.

AFRICANI EPISCOPI EXCITATI CONTRA PELAGIUM. b. Apud Aug. epist. c. 1. c. 11. epist. Rom. c. 11. d. Apud Aug. epist. 90. c. 11. epist. Rom. c. 11. iam s.

Hæc quidem hæc à nobis inani intelliges esse imaginatione conficta, si Africanorum Episcoporum hoc anno datas ad Innocentium Papam litteras exactè perlegeris. Nam absoluto à Synodo Palestino Pelagio, iidem Africani Episcopi sunt conuerti litteris illis, quæ Aurelij, Alypii, Augustini, & aliorum nomine hoc anno (vt dicemus) sunt redditæ ad Innocentium b. & aliis e ad eundem à Mileuitana Synodo datis contra eosdem Pelagianos, quibus & aduersus eosdem Sancti Hieronymi studium commendatur, sed & Pelagij libertas ex fraude comparata pariter nunciatur, his scilicet verbis: *Pelagius vero (sicut à quibusdam fratribus nostris misse loquuntur epistola) Hierosolymis constitutus nonnullis fallere asseritur. Verum tamen multo plures, quæ eius sensum diligenter indagare potuerunt, aduersus eum pro Christi gratia & Catholica fidei veritate consurgunt, sed præcipue sanctus filius tuus & frater & compresbyter noster Hieronymus, hæc ibi. Et de editis ab Orosio Gallorum Episcoporum epistolis, Synodales litteræ Carthagenensis Concilij aperte docent his verbis in eorum exordio d. Cum ex parte ad Carthagenensem Ecclesiam solemniter veniremus, atque ex diuersis causis congregata ex nobis Synodus ha-*

berent: compresbyter noster Orosius nobis litteras sanctarum fratrum & consacerdotum nostrorum dedit Herotis & Lazari, quarum formam his constitimus esse subdendam. &c. Qui autem conueniunt Carthagine Episcopi, numerati habentur septuaginta septem.

Cum igitur allata per Orosium dicte Gallorum Episcoporum litteræ Synodo exhibite essent, & causa Pelagij atque Cælestij tractanda propofita esset in ipso Concilio Carthagenensi: ad plenioris causæ cognitionem, iussu sunt edi in Synodo Acta Ecclesiastica ante quinquennium (vt dictum est) aduersus Cælestium Pelagij antefignatum Carthagine quoque confecta. quibus diligentius inspectis atque examinatis, conclusa est ibidem vt iusque damnatio, nisi iidem parati essent suas ipsorum hæretes condemnare. Testantur id quidem litteræ ad Innocentium ab eadem Synodo datas, quibus dicitur r. *His ergo lectis, Pelagium & Cælestium auctoritate nesciam profus & ab omnibus nobis anathematizandi erroris aduersimus. Vnde factum est, vt recensendam petere quid ante sermè quinquennium super Cælestij nomine apud Ecclesiam Carthagenensem fuerit agitationem, & paulo post quid statutum sit, subdunt: Nisi hæc a perisimo anathematizauerint, ipsi anathematizari oportet. Vt si ipsorum non potuerit, saltem eorum, qui decepti sunt ab eis, vel decipi possunt, cognita sententia, quæ in eos lata est, sanitas procuretur. hæc acta sunt aduersus Pelagium & Cælestium in Concilio Carthagenensi: quæ per Iulium Episcopum, datis ad eum litteris, significanda curantur Episcopi eiusdem Concilij Carthagenensis Innocentio Romano Pontifici, ab eodem iidem litteris postalantes quicquid ea de re fuisset decretum in Synodo, confirmari: expecterunt enim id ipsi verbis hæc: *Hoc itaq; gestum, domine frater sancte charitari tue in mandatum duximus, vt statuti nostra melioritate etiam Apostolice sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda salute multorum, & quorundam etiam peruersitate corrigenda. hæc ipsi.**

Quod insuper timerent, ne ab eodem Romano Pontifice Acta Synodi Diospolitane in Palestina, quibus Pelagius, quasi damnasset errores, fuerat absolutus, confirmarentur: in sua ipsorum ad eundem Innocentium Papam scripta epistola Synodali addiderunt, vt si adduci ipse non posset, vt damnaret hominem, quem probatum Catholicum Synodus absoluisset, hæresis saltem eius damnare minime recusaret. nam subdunt: *Si ergo Pelagium Episcopatum Gæstia, quæ in Oriente confecta dicuntur, etiam tua venerationi in se visus fuerit absoluit: error tamen ipse, & impietas, quæ tam multos assertores habet per diuersa dispersa, etiam Apostolice sedis auctoritate anathematizanda est. Consideret enim sanctitas tua, & pastoralibus nobis compatiatur visceribus, quæm sit possiderem & exitiale omnibus Christi, quod istorum sacrilegas disputationes necessario sequitur, vt nec orare debeamus, ne intremus in tentationem, &c. Hæc sunt, quæ in Synodo Carthagenensi aduersus Pelagium atque Cælestium, eorumdemque hæreses decreta fuerunt, quæ per Iulium Episcopum (vt dictum est) ad hoc legatum per litteras eidem Romano Pontifici significanda curarunt.*

De huiusmodi Africanorum Episcoporum aduersus recens emergentem impietatem accenso præ cæteris in comparabili zelo S. Prosper in agit carminibus f: *Tu caquam fides flagrantis Africa nostra Excequeris: tecum, suum urgente vigorem Iuris Apostolice solio, sera viscera belli Confusus, & lato proferens limite victos, & quod non vno Concilio, sed duobus cadè in hæretarchas decreta fuerint, nempe Carthagenensi atq; Mileuitano, ista mox subiicit: Conuenere tui de concilio viribus almi Pontificis geminos, seuum celeberrima cetu Decernis quod Roma proderet, quod regna sequantur. nisi magis hæc intelligenda sint de gemino Concilio Carthagenensi, nempe præteriti, & alio sub Zosimo Papa, de quo suo loco dicendum erit. Quod insuper eadem Synodi non præcipiendo tantum, damnandoque hæreses cum hæreticis, sacerdotale exercuerint auctoritatem, sed etiam*

VL. QVE ACTA HERT IN CONCILIO CARTHAGENENSI CONTRA PELAGIUM. c. Ead. p. 50.

VII. TIMOR ORTHODOXORUM NESTYDYS PALESTINA CONFIRMATA A PAPE.

VIII. AFRICANORUM EPISCOPORUM INTERVERBS PELAGIANOS.



in docendo exhibuerit nagisterium, cunctas latebras cap-  
tantium tenebras hereticorum aperiendo, ac sinuosos o-  
mnes illum gressus cunctis palam faciendo, ne quis ab  
illis deciperetur: idcirco subdit haec Prosper:

*Nec sola est illic Synodorum exercitio potestas,  
Cui quos non possent ratione emittere nosse,  
Præmere: Discessit artes, verum, veredam est  
Heretici sensus: nullatenus, omnino relicti.  
Dedit fides quod non dissolueret argumentum.  
Conditio sunt & scripta manent, quæ de cæteris actibus  
Atheni sunt fluxere, vindicant meatus,  
Et trecentis procerum sunt edita linguæ.  
Sic moderante suam legem lenitate severa,  
Vt qui damnato vellet de errore reverti,  
Acciperent pacem, pulsos que prava tenerent. hac S. Pro-  
sper, procul dubio alludens ad canones, qui in iisdem Con-  
ciliis sunt constituti, sed desiderantur.*

Atque demum in laudem Aurelij, qui profuit Con-  
cilio Carthaginiensi, & Augustini, qui magna pars fuit Con-  
cilij Milevitani, hæc addit:

*An alium in finem potest procedere sanctum  
Concilium, cui dux Augustinus ingenium,  
Augustinus erat: quem Christi gratia coram  
Venerare rigans, nostro lumen dedit ano,  
Accensum vero de lumine? Nam talis illi,  
Et vita & requies Deus est: omnino, voluptas  
Vni amor Christi est: vni Christi est honor illi.  
Et dum nulli sibi tribuit boni, si Deus illi  
Omnia & in sancto regnat sapientia templo, hac de Augu-  
stino & alia, que inferius oportuni occasione reddidit  
sumus. Sed transicamus ad Milevitanum Concilium.*

Comauerunt igitur Mileui in Numidia sexaginta &  
vnius Episcopi (tot enim numerati habentur in ipsorum  
epistola ad Innocentium Papam) sed fortasse tum in Mi-  
levitano, tum in Carthaginiensi non omnes recensiti repe-  
riuntur, cum sanctus Prosper atrecentis Episcopis di-  
cat eadem fuisse. Porro qui Mileui conuenient Pat-  
res, de damnanda hæresi Pelagiana (vt factum sciebant  
in Carthaginiensi Concilio) vniuersim in eandem conspi-  
tauerent sententiam. Extant eo argumento canones octo,  
perperam (vt dictum est) relati ad aliud Concilium Mi-  
levitanum antea celebratum sub Consulatu Atacadij & Ho-  
norij, omnesque aduersus eandem Pelagianam hæresim  
editi. Dederunt præterea literas ex eadem Milevita-  
na Synodo ad ipsum Innocentium Romanum Pontifi-  
cem, quæ extant b, eodem plane argumento, quo scri-  
pta fuit epistola Synodalis à Concilio Carthaginiensi: qui-  
bus primum illud ingerunt, moris esse in Ecclesia Catho-  
lica, gratis ponderis causas deferre ad Romanum Ponti-  
ficem, sic enim exordiantur epistolam: Quia te Domi-  
nus gratis sua præcipuo munere in sede Apostolica collocauit, talem-  
que nostris temporibus presertim, vt nobis potius ad culpam negli-  
gentia valeat, si apud tuam venerationem, que pro Ecclesia sunt sug-  
gerenda, tacuerimus, quam ea tu postui vel negligenter  
accipere: magnum periculum informium membrorum Cari-  
sissimi pastoralis diligentiam, quæsumus, adhibere digneris, hæc  
ibi.

Missa sunt eadem litteræ Concilij Milevitani per eu-  
dem Iulianum Legatum, qui missus fuerat à Concilio Car-  
thaginiensi, vt litteræ Innocentij ad eos reddite docent e.  
Porro de duorum Conciliorum litteris ad Innocentium  
simul datis hæc habet sanctus Augustinus in epistola ad  
Bonifacium d: *Missa sunt itaque de hæreco duobus Con-  
cilijs, Carthaginiensi & Milevitano litteras ad Apostolicam sedem,  
antequam Gestis Ecclesiastica, quibus apud Episcopos provincia  
Palaestina Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus nostras,  
vel in Africam peruenissent, hæc ipse. Sed obserua an-  
tiquum loquendi usum, per Apostolicam sedem, præ di-  
gnitate & sui excellentia, intelligi semper Romanam Ec-  
clesiam. Subdit vero idem Augustinus: Scripsimus etiam  
ad beatæ memoriæ Papam Innocentium præter Conciliorum relatio-  
nes, litteras familiares, vbi de ipsa causa ad quanto ditius egimus. i-  
ta ipse. At quarum sunt istæ familiares litteræ? & quid*

opus post Synodicas adicere familiares? Considera mo-  
rem pristinum. Quod enim quantumuis magnarum sedi-  
um Episcopi cum aliis suffraganeis maximo honore pro-  
sequerentur Romanum Pontificem, Apostolicæ sedis pri-  
marium Anathemam si que essent scribenda, quæ quoquo-  
modo pertingerent, atque quavis ex causa perfringerent  
ipsum Romanum Anathemam: ne verenda patris reterege-  
re viderentur, non publicis illa credebant Synodici, sed  
priuatis demque familiaribus literis, quam amici ad au-  
tes sermone loquentis: quod modo videmus factum per  
Augustinum, vt ipse testatur. sunt ille quidem ab Augu-  
stino scriptæ, nomine tamen quinque magis exultationis  
Episcoporum, Aurelij, Alpyi, ipsius Augustini, Eudij  
aque Possidij.

Quæ autem illa essent, de quibus Innocentius secreto  
admonendus erat, ex eorundem familiaribus literis acci-  
pe e: *Audiuimus (inquit) esse in urbe Roma, vbi ille (Pe-  
lagius videlicet) diu vixit, nonnulli, qui diuersis causis et sane-  
ant: quidam scilicet, quia vix talia persuasisset perhibent: plures vix-  
ro, qui cum talia sentire non credunt: præsertim quia in Orientis, v-  
bi degit, Gestis Ecclesiastica facta esse iactantur, in quibus putatur  
esse purgatus, &c.* At non parua quidem calumnia hæc, quæ  
Innocentius Papa vocaretur in crimen tacite cum Pe-  
lagio conuenire, sed calumniose ista, ex more suo, spar-  
sant in vulgus hæretici, quo gloriarentur se primæ sedis  
Episcopi communionem fultici: quod ab aliis sæpe factum  
vidimus. Cæterum quod Pelagiani Romæ veritari dice-  
rentur, id se nesciente accidere potuisset, ipse Innocentius  
ad eos rescribens, excusat his verbis f: *Seu hæc illi in Vi-  
be sint, quod nescientes, nec manifestare possumus nec negare; cum  
est sine, lateant, nec aliquando audiant vel illum predicantem ista  
desendere, vel talia aliquo nostrum presente iactare, & in tanta po-  
puli multitudine deprehendat aliquis facile, nec alicuius possit agnosci:  
sive in quous terarum loca degant, &c.* Quod vero pertinet  
ad iudicium Palaestinum, quæ sua ipsius sit de eo sententia,  
ista subdit:

*Nobis tamen non persuaderi potest eum esse purgatum: quan-  
tu ad nos à nescio quibus laici sint Gestis perlata, quibus ille audi-  
tum se crediderit, & absolutum. Quæ verum vera sint, dubitamus;  
quod sub nulla illius Concilij prosecutione venerunt, nec eorum ali-  
quos accepimus de hære literas: apud quos istum rei se prestitit cau-  
sas. Quod si de sua ille potuisset purgatione considerare, hoc magis cre-  
diderimus, quod esset, quod multo verius esse poterat, vt illos cogeret e-  
pistola sua, quod iudicauerant, indigere. Verum cum sint aliqui  
in ipsi posita Gestis, quæ obiecta partem ille videndo suppositis, partem  
multa in se verba retorquendo, tota obicitur confudit, aliqua  
magis falsis argumentis, quam vera ratione vt ad tempus videri po-  
terat) purgant, alia negando, alia alia interpretatione vertendo.  
Sol vimam (quod ad nos optandum est) etiam ille se ad veram: Ca-  
tholica fides viam ab illo sui tramitu errore conuertat, vt cupiat re-  
litque purgari, considerans quotidianam Dei gratiam, adiutorium-  
que cognoscens; vt videatur vere, & adhibetur ab omnibus mani-  
festaratione correctus non Gestorum iudicio, sed ad Catholicam fi-  
dem corde conuerso. Vnde non possumus illorum nec approbare, nec  
culpam iudicium, cum nesciamus, vtrum vera sint Gestis: aut si ve-  
ra sint, illum constat magis subterfugisse, quam se tota veritate pur-  
gasse. Qui si considerat, nouit que nostri ad dignum esse damnatione,  
quod dicat iam hoc totum se refutasse, quod dixerat: non à nobis  
accerseri, sed ipse debet potius festinare, vt possit absolui. Et  
iam enim prædamnatum Pelagium fuisse Romæ ante iu-  
dicium Palaestinum, auctoritate S. Prosperij superius di-  
ctum est.*

In hæc ferme sententiam idem Innocentius Papa re-  
scripsit duas epistolas per eundem Iulianum Legatum, alte-  
ram ad Concilium Carthaginiense, ad Milevitanum vero  
alteram, quas vitandæ nimis prolixitatis gratia hic de-  
scribere prætermittimus. Insuper priuatas dedit ad  
quinq; Episcopos, à quibus item priuatas acceperat,  
necnon quartam ad Aurelium Episcopum Carthagenen-  
sem, respondens priuatis ab eo acceptis literis, de-  
ditque eandem eidem Iulio: extant g ipse perpicue  
omnibus, quibus plane omnis e cordibus Africano-  
rum Episcoporum suspicio penitus subblata fuit. Nam  
sanctus Augustinus de iisdem agens in epistola ad Bonifa-  
cium

XII.

*Aug. ep. 95  
& 100, 1. ep.  
Rom. Pont.*

DE HÆRE-  
TICIS RO-  
MÆ N-  
SISTENTI-  
BUS QUID  
INNOCEN-  
TIUS.

*Innoc. e. 23,  
100. 1. epist.  
Rom. Pont.*

XIII.

QUID IN-  
NOCEN-  
TIUS DE  
IUDICIO  
PALÆ-  
STINO.

XIV.

INNOCEN-  
TIUS PAPÆ  
FIDES IM-  
POLLUTA.

*Aug. e. 51  
23-24.  
100. 1. epist.  
Rom. Pont.*



Aug. ep. 1. c. 6. Aug. ep. 17. cont. Iulian. lib. 1. c. 4. Retrad. l. 2. c. 30. De p. a. orig. lib. 2. c. 8.

Prop. ad. uers. Collat.

Gennad. de vir. doct.

XV. AVGVST. AD VOB. CONCILII PRÆFICITVR SCRIPITIONI.

Aug. ep. 110.

Christ. de legat. QVANTA AVG. AD V. VERA S. PELAGIANOS PRÆSTITERIT.

Aug. ep. 94. XVI.

cum hac ait: Ad omnia nobis illa re scripte eorum modo, quo fas erat, atque oportebat apostolicae sedis antistitem. haec ipse, eademque saepe testatur. Et ut in re non ambigua, quam acerrimus insector Pelagianorum fuerit Innocentius, intelligere potes testificatione sancti Hieronymi in epistola ad Demetriadem (de qua superius) cum eam Pelagij epistola pulsata admonet, ne sibi sapiens videatur, sed fidem sectetur, quam Innocentius Romanae Ecclesiae Pontifex proficitur. Laudatque ac praedicat sanctus Prosper eundem Papae integritatem in fide incorrupta seruanda: cuius quoque assertione haec, eiusdem Innocentij sententia damnatum fuisse Pelagium, & eandem a successoribus comprobaram; nam aduersus Collatorem haec ex verbis Zosimi Papae refert: Constatimus in Pelagium atque Caesellium per venerabilem Episcopum Innocentium de beatisimi apostoli sede prolatam manere sententiam; donec apertissima confessione fateantur gratiam Dei, &c. sane quidem Gennadius testatur, ab Innocentio scriptum esse decretum aduersus Pelagium, illudque post eius obitum a Zosimo promulgatum.

Quod autem spectat ad Africanos Episcopos, adeo vehementi studio ad expugnandam Pelagianam haeresim incubuerint, ut post duo haec Concilia eodem hoc anno Carthagine & Mileui in Numidia congregata, sancto Augustino delegauerint opus, ut suis scriptis nefandam haeresim penitus infocaretur. testatur id quidem ipse Augustinus (cum de populo suo conqueritur, quod non sine eum a negotio fertatum, ut in iuncta potest in iudicare prouinciae) in Actis Ecclesiasticis de institutione Eccliae & successoris, ait enim: Nostis ante aliquot annos quid facere voluerim, & non permissum. Placuit mihi & vobis propter curam scripturarum, quam mihi patres & fratres mei Episcopi duobus Conciliis Numidia & Carthagine impingere dignati sunt, ut per quinque dies nemo mihi molestus esset. Gesta confecta sunt: plauis, acclamasti: recitatur placitum vestrum, & acclamatio vestra. Paruo tempore seruatorum est circa me, & postea violenter disruptum est, & non permittitur ad quod volo, vacare. Ante meridiam & post meridiam occupantibus hominum tenore, haec Augustinus, quibus intelligas ingruentia negotia sanctissimi Patris. Porro iniunctum sibi ab Episcopis duorum Conciliorum opus quam haereticarum acerrate impleretur, sua ipsius scripta eo argumento edita fidem faciunt: ut nihil verius, doctius & eloquentius dici potuerit, appareatque eum in aliis scriptis alios superet, in tractatibus contra Pelagianos se ipsum penitus superasse. Ad haec plane sancti Augustini scripta sanctus Prosper allatit, vbi post recensita duo haec aduersus Pelagianos Concilia in Africa celebrata, de ipso Augustino ita pergit verbis gloriare se:

Istius ergo inter cunctos, qui de grege sancto Infimas populales sedes, induglia maior. Maius opus, totum praesentium imbutit Orbem. Nam quocumque gradum conuertit callidis hostis, Quaeq; per ambages accipit iter egit operas, Hanc ab eccle. in est presentium, mille viarum Insidias aditum non reperentibus vllam, Cunctis feris rabies auarorum excelsa luporum Prenderet, inq; omnes mendacia verberet artes: Ne mentes vllarum omnium corrumpere posset, Non dubia obliquis turbaret corda querelis, Istius ore vix fecit Deus, istius ore Flumina librorum inundum effluxere per omnem: Qua mites, humilesq; tubum, compingit, animarum Certant vitale doctrina immergere riuo.

haec S. Prosper de sancto Augustino; cuius, cum ista ex duobus dictis Conciliis tractaretur, extat de his ipsis tunc gestis data epistola ad Hilarium g:

Sed iam ad Orosium redeamus, quem hoc anno cum reliquis Protomartyris Stephani venturum in Hispaniam, acceptis ab Auito litteris ad Balchonium Bracharensem Episcopum, Hierosolymis recessisse diximus, & vnde postremo soluerat, in Africam diuertisse. Id quidem tum quae superius facta sunt, manifeste declarant, tum etiam Marcellinus in Chronico, cum de eo haec affirmat

sub anni huius Consulibus: Orosius presbyter, Hispaniae genere, septem libros Historiarum descripsit. Missus ab Augustino Episcopo idem Orosius pro discenda animae ratione ad Hieronymum presbyterum, reliquias beati Stephani nuper inuentas, rediens, primum in Occidentem, haec ipse. Primum quidem ipse Italianam & testificatione quoque S. Augustini b. certum est, ante haec tempora nunquam visas, nec auditas sancti Stephani reliquias in Occidentali orbis, nisi vnum ex lapidibus illis, quibus idem sanctus percussus martyrium consummauit, à naua allatum Anconam, ad mare Hafrati-cum sitam Italiae ciuitatem; ut suo loco, cum de eius martyrio actum est, dixisse meminimus. Quo in loco multa miracula edidit, haereticibus Fidelibus mel de petra, oleumque de saxo duxit, idem S. Augustinus memoriae prodidit.

Acceptum ex iisdem reliquis partem ab Orosio traditam, qui ex Palaestina artulit; inter alios sanctus Augustinus Episcopus Hippocensis, Possidius Episcopus Calamensis, & Euodius Episcopus Vzalensis, à quibus in Protomartyris memoriam erectae fuerunt Ecclesiae, in iisdemque eadem sacrae reliquae collocatae, ab Euodio primum, inde à Possidio, ac postea ab Augustino, ut ipse testatur his verbis: Nonnulli est autem seruum, ex quo apud Hippocensem Regnum caput esse ista Memoria, & Stephanus Protomartyris scilicet: & nullus (quod nobis certissimum est) non datus libellus de in, qua mirabiliter facta sunt, illi ipsi qui dati sunt, ad septuaginta ferme numerum perueniunt, quando ista conscripsi, erant libelli ipsa facti miracula certa scriptis mandata testificatio. Subdit autem: Calamae vero, vbi & ista Memoria primum esse caput, & crebris dantur, & incredibili multitudine sapient. Vzalensis, que coloma Vtin & vicina est, multa praeterea per eandem martyrem facta cognouimus, cuius ibi Memoria, longe prius quam apud nos, ab Episcopo Euodio constituta est, fuit hic clarus inter Africa Episcopos, ad quem extant litterae S. Augustini, vixque ex quinq; illis Episcopis: quorum habentur priusquam ad Innocentium Romanum Pontificem, quarum nuper mentio facta est.

At non hi tres tantum Episcopi ex reliquis Protomartyris accepterunt, nec ab his solum erectae sunt Memoriae S. Stephano, sed ab aliis pluribus. Accipit enim & ead Projectus Episcopus, detulitque ad Aquas Tibilitanas, ibique Memoriae extruxit eidem: itemque Lucillus Episcopus, qui eidem in castello Siconenfi eiusdem Protomartyris nomine Memoriae pariter extraxit, quarum idem meminit sanctus Augustinus l. Est mentio apud eundem Augustinum alterius eiusdem sancti Stephani Memoriae in Africa in agro Auduritano m. Vides, lector, sanctorum Patrum de factatam reliquiarum religiosissimo cultu antiquum vium, ut cum reliquis martyrum nacti essent, in eorum honorem ecclesias, sine intra ecclesias altaria erigerent. vbi cõderent sacra pignora, eisdemque Memoriae Deo dicarent. Peccerunt haec quidem inter alios, qui tunc erant in Africa sanctissimi atque doctissimi Episcopi, ne quis eos superstitiose inclamaret, & simplicitatis nomine fuggillare valeat: sed profecto non id ipsi recens in Ecclesiam inuenerunt; verum quae à maioribus tradita inuenerant, ut pia factaque lectati, etiam opere implerentur: quae Deus innumerorum operatione miraculorum, ad Gentium retundendam impietatem, & Hagiomachorum haereticorum perfidiam confundendam, atque obstruati animi durtitiam infringendam, voluit notis amplissimis perspicua cunctis reddat, eademque ab iisdem, qui praesentes fuerant, religiosissimis Antistitibus omni fide testata relinqui.

Sed age mecum, lector, has lustrare Memoriae ne te pigeat; & quo ordine eadem dicuntur esse constructae, eisdem inuisamus. Adeundaque nobis erit in primis Memoria, quam primam omnium ab Euodio Vzalensi Episcopo esse erectam, sancti Augustini assertione didicimus. Non sic quidem ab Vzalensi Memoria inchoamus, quod prior ceteris eius Episcopus Euodius accepit reliquias Protomartyris, sed quod licet tardius nactus esset, ipse tamen primus Memoriae eandem ere-

OROSIO PRIMVS RELIQUAS ASSERT- PHANEN TEMTT- LIT. Aug. de in. XVII. QVINTI PRIMVS IN AFRICA ACCEPTA RELIQUAE S. STEPHANI. XVIII. NVLLA MEMORIA RELIQUAS PHANEN AFRICA. XIX. MEMORIA S. STEPHANI IN AGRIS AUDURITANO. XXII. DE MEMORIA VZALENSIS RECTA STEPHANO.

XX.  
XXI.  
XXII.  
XXIII.  
XXIV.  
XXV.

verit. Etenim post biennium ab hoc tempore perlatas ad cum a presbytero eadem reliquias Hierosolymis, prior liber de Miraculis illic editis fidem facit, ubi dicitur 4, tunc perlatas eas in ecclesiam fuisse, cum recitarentur publice litere. Seueri Episcopi Minoricenis insulae: quas ex Consulibus in eis signatis scriptas fuisse post annum sequentem apparet, de quibus suo loco actum fuimus.

Que autem illic sunt perlatas reliquias, fuisse in ampulla languinem cum tenuissimis, aristarum instar, fragmentis ossium, visio ibi descripta declarat. que postea tempore Vandali belli per sanctum Gaudiosum Episcopum, facta migratione, est translata Neapolim, ubi ad hanc quoque diem conspiciuntur cotufare miraculis: e- gemus de his in Notis ad Romanum Martyrologium h. Exstant duo libri de Miraculis in dicta Vzalenſi Memoria ad reliquias eiusdem Stephani editis, tunc cum age- tentur, descriptis: qui quidem licet inferbantur nomine Eudodij Episcopi Vzalenſis, & ita citari consueverint, si- cut & nos citasse meminimus; tamen non ab iplo, sed ad ipsam potius scriptos, accuratas lectori inuenient. ceterum scriptos fuisse constat ab aliquo eiusdem Ecclesie clerico, atque ad omnes veritatis numeros elucubratos. Tellatur & Sanctus Augustinus de miraculis in eadem Memoria fieri solitis, ubi primum ait d: Apud Vzalem, ubi est Episcopi fuerunt Eudodius, quanta miracula illi sunt, quatuor & inueniuntur. Et. recitat ibi de matre togente Protomartyrem pro filio absque baptismo defuncto, ad gratiam baptismi suscipiendam resuscitato. Et in libro de Civitate Dei e egregiam narrat historiam de clarissima femina, Petronia nomine, ab incurabili vlcere protinus libera reddita. Sed multo plura duobus illis libris complexus est auctor: in quibus quidem voluminibus preter recentia ibi miracula, multa sup- plementa memoria digna vetera monumenta; nempe inter alia illud, affertur Scincendi solitos ad Memoriam martyrum cercoosf.

Insuper & illud quidem ait obseruatione dignum: cum sub altari sacre reconderent reliquias, fenestellam (ita enim nominat auctor g) in eo fieri solitam ad hunc v- sum, vt per eam dimitterentur velamina, que admo- nerentur capsulae, in qua sacra pignora clauderentur, qui- bus Deus ex virtute sacrarum reliquiarum multa soleret operari miracula. Quod enim hic habet auctor, fenestel- la, in litteris Hormisdæ Romani Pontificis (de quibus suo loco agemus inferius) Foramen appellatur, ubi agitur de altari sancti Petri Apostoli, in quo non vnum Foramen in- erat, sed duo, superius & inferius; illudque extrinsecus positum, ad illud, quod erat interius, peritum: panis au- tem, & non nisi pro magno munere atque gratia, ad secum dum Foramen concedebatur demitti ad sanctificationem hauriendam velamina. cuius quidem vsus plurima exem- pla suppetunt: sed de illis dicendum suis temporibus. Au- di modo, quid de muto ex paralytico factum ibi auctor ce- narret: Euenit inquit filia manum amittente sua, eo quod v- riarum non haberet, per fenestellam Memoria ad interiora loca san- ctarum reliquiarum manu inuicta mittebat, atque exinde rursus dexteram reducere ori suo admocebat. Et lingua in contringendo pau- latim nodos loquens gratia sua persoluebat. Et illud etiam non prætereat, quod ibidem recensetur solitum fuisse pulue- rem colligi, qui adiaceret loco, ubi sacre reliquie conde- rentur, eodemque curatos esse languores h. Eadem & de oleo sanctificato ad curationem morborum testimonium habes, necnon vsu sacrarum imaginum diuinitus com- probatum &c.

Quod autem in eodem commentario, dum recensentur diuina miracula in Megetia clarissima femina per re- liquias Protomartyris impetrata, mentio fit de Aurijano eiusdem Megetie sacero, homine idololatra: in mentem venit Antianus ille æque impius, cuius crudelitas nota facta est scriptis Seueri in rebus gestis in sancti Martini; num idem ille sit, cum nomine, moribus, & professione consentiant: qui etsi tunc in Gallias ageret Præfectu- ram, accedere tamen potuit, vt inuidentibus barbaris il-

las prouincias (sicut de aliis plurimis vidimus) vna cu suis ipse in Africam transfugauerit, certe quidem id aliterco nihil est, quod repugnet.

Sed non prætereat, quod cum in eadem tractatione auctor ipso exordio hæc profiteatur: Ipsorum quoque homi- num verba, sicut ab eis dicta sunt: simpliciter ponere non debemus trahere: obseruatione dignum esse, quod vox, Dominus, & Donna, ab eodem aliorum verbis frequentius repeti- tur, eademque tribum clarissimis viris ac fœminis, nec- non etiam sanctis, vt ipsi sancto Protomartyri Step- hano, nam ita sepe, Donna Megetia, scriptus, Domini Stephano, & illud, Dominus meus Vzalenſis, primarium virum loci il- lius intelligens: cum vero de Deo dicendum est, ipse non Dominus, sed Dominus ponitur: vt apparet, vsu loquendi vocem Dominum tribui solitam Deo tantum, Dominum ve- ro communem sanctis, vel clarissimis viris ac mulieribus, non Episcopis solum, vel ceteris inferioris ordinis cleri- cis, vtrijque putauerunt, ceterum non id ipsum semper v- bique & ab omnibus obseruatum. At hæc modo obiter obseruasse & artigisse satis.

Sed quod iam diutius te detinui in Memoria Vzalen- si, transeamus iam ad Calamenſem secundam ordine tem- poris ædificatam, ac etiam ad Hipponenſem; non quidem (quod nec de Vzalenſi præstitimus) vt cuncta in eis miracula edita, victi eorum multitudine, recensere velimus, quod non valemus: nam sanctus Augustinus id sibi visus implere non posse, de isdem Memoriis ista præfa- tur n: Non hic possum omnia commemorare que sicut & procul- dubio plerique nostrorum cum hæc legunt, dolent me tam multa prætermisisse, que vtiq; mirantur. Quos iam nunc, vt i- gnoscant, rogo, & cogitent quam prolixo labori sit facere, quod me hic non facere, suscepti operi necessitas cogit. Si enim miracula sanctorum (vt alia taceam) ea tantummodo velim scribere, que per hunc martyrem, id est, gloriosissimum Stephanum, facta sunt in colonia Calamenſi, & in nostra; plurimum conscribendis sunt libri, nec tamen omnia colligi poterunt, sed tantum de quibus libelli da- ruerunt, & paulo post de Calamenſi Memoria: Crebrius dan- tur, libelli scilicet Miraculorum, incredibili multitudine su- perant, eos scilicet, quos datos scire libellos de Memo- ria Hipponenſi, numero ferme septuaginta, absque ali- aliis ibi editis miraculis, de quibus nullus scriptus libellus esset. De Memoria eiusdem Protomartyris ad Aquas Ti- bilitanas agens, magna populi multitudinem dicit frequen- tatam fuisse; de qua hæc obiter tantum: Ibi caeca mulier, vt ad Episcopum portantem sacra pignora duceretur, orauit: flores quos ferebat, dedit, recepit, oculis adnouit, protinus vidit: stupen- tibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & via ducem v- terius non requirit.

De Memoria vero Auducitana illa subiicit: Puerus quendam paruulum, cum in arca haberet, ex- orbantes bones, qui vehiculum trahabant, rota obtinerunt, & confestim palpantis expirant: hunc mater arreptum ad eandem Me- moriam posuit, & non solum reuixit, verum etiam illæsi ap- paruit. Subdit de quattuor aliis defunctis virtute eius- dem sancti Stephani reliquiarum reuocatis ad vitam: que tantum miracula, omnibus ceteris, hic describere lat erant autem:

Sanctimonialis quidam in vicina possessione, qua Calpaliana dicitur, cum agritudine laboraret ac desperaret, ad eandem Memoriam tunica eius allata est: qua antequam renoueretur, il- la defuncta est, hæc tamen tunica operuerunt eandem eum pater- tes: & recepto spiritu, facta facta est. Apud Hipponem Bas- sius quidam Syrus ad Memoriam eiusdem martyris orabat pro e- grotante & periclitante filia, atque sacrum vestem eius detule- rat. Cum ecce pueri de domo ecurrerunt, qui ei mortuam nunciarent. Sed cum, orante illo ab amici eius exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum redisset, iam suorum euulsiu per sonantem; & vestem filia, quam ferebat, super eam proiecit; reddita est vite. Rursus ibidem apud nos trenai cursum Collectarij filius agritudine extinctus est, cumque corpus iaceret exanimis, atque a gementibus & plangentibus exequia pararentur: amicorum e- ius quidam inter aliorum consolantium verba suggestit, vt eius- dem martyris oleo corpus perungeretur: factum est, & reuixit. Itemque apud nos vir Tribunitius Eleusus, super Memoriam mar-

XXIII.  
DOMINVS ET DONNA  
XXIV.  
a Aug. de Ciuit. Dei. lib. 12. c. 8. DE ALIIS MEMORIIS ET MULTITUDINE MIRACULORVM S. STEPHANI.  
XXV.  
DE SEX DEFUNCTIS REVOCATIS AD VITAM.



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

*tyris, quam iure loco eius est. agnitione ex omni oratione postulat in-  
sensibilem filium suum: & post orationem, quia cum multis la-  
dyonibus fuerit, viuentem leuauit. Ita ibi de quinque mortuis  
reocatis ad vitam: de alio vero in dicta Galatensi Me-  
moria reddito item vite; idem superius agit; cui addit de  
alio ex morte anime (quod maius videtur potest) reuocato  
ad vitam & relato in gloriam sempiternam. reddamus hic  
ipsum.*

XXVI.  
DE M. A. R.  
TIALI EX  
ETHNICO  
REDDITO  
CHRISTI-  
ANO.

*Fuit (inquit) ibi in ordine superiorum, nomine Martia-  
lis, eius iam gratia, & multum a religione abhorrens Christianus.  
Habebat sane fidelem filium, & generum eodem anno baptiza-  
tum. Qui cum tam agerentem nullis & magnis precibus & la-  
chrymis rogarent, vt Christianus fieret: profusus abierit, eoque a se  
turbida indignatione subleuauit. Visionem ei genitor eius, vt iret ad  
Memoriam S. Stephani, vt illic precor quantum posset, oraret, vt  
Deum illi donaret mentem bonam. Hec credere non differet in  
Chorinthum. Fecit hoc ingenti genitoris & filii & sinceriter, arden-  
te pietatis affectu. Deinde abiit, aliquid de deo non horum,  
quos accipit, tunc; eius, cum iam mox esset, ad caput posuit. Tunc  
dormit non est: & ecce ante dilectulum clamat, vt ad Episcopum cur-  
reret, qui necum forte tunc erat apud Hippodromem. Cum ergo  
adisset eum abscitum, venire presbyteri postulauit. Venierunt, &  
statim se credere dixerunt. Admirantibus atque gaudentibus omni-  
bus, baptizati sunt. Hic quendam vixit, in ore habebat, CHRIS-  
TE ACCIPE SPIRITUM MEUM: cum hac verba bea-  
tissimi Stephani: quando lapidatus est a Iudeis, vltima fuisse ne-  
sceret; que hinc quoque vltima fuerunt: nam non multo post etiam  
ipse desinitus est. pratermittimus (quod alio tendimus) alia  
tunc temporis miracula edita, ab eodem Augustino tum  
in libris de ciuitate Dei, tum in sermonibus h. recensita,  
in quibus de alio mortuo catechumeno ad vitam reuoca-  
to agit: vt plane numeres ex Augustino tunc temporis  
septem mortuos Stephani reliquiarum virtute reuocatos  
ad vitam.*

XXVII.

ADVERSUS  
HAGIO-  
MACHOS  
VIRE IN-  
VINITUR  
AVCTOR.

*Huc accedant rebelles lumini, perfricta fronte Hagio-  
machi aduersus sanctorum reliquias beuolentes: Quis  
habent, quod his iuste possint obicere, que a tanto viro  
conscripta, non in angulo, sed nota omnibus palam facta  
miracula, tum ad Gentiles confutandos habentur, tum  
pro concione populo predicata: que nec ex sancto Au-  
gustino edita tantum habes, sed & ex duobus libris ad E-  
uodiu Episcopum Valensem conscriptis, quoniam & a Scue-  
to Minoricensi Ecclesie Episcopo, publica epistola eodem  
argumento toto Orbe vulgata, qua suo loco inferius pro-  
fuditur sumus: adeo vt de veritate certa fide testificata, o-  
mnique testificatione firmissime roborata, nulla vel leuis  
quidem possit de mendaciorum laborum suspicio. Plane vide-  
re tunc fuit Stephanum primarium Ecclesie sancte dia-  
conum, more maiorum, ex eminentiori suggestu Euan-  
gelium, quod omnes crederent, populo decantare, fidemque  
Catholicam & Apostolicam preconio nunciare, eandemque  
sequentibus signis reddere obsignatam.*

XXXVIII.

c Ad. 6. 7.

*Sed quid? Edente rursus Stephano e prodigia & si-  
gna magna in populo: renouantur rursus aduersus eum  
ab impijs antiqua certamina: rursus insurgunt synagoge  
perfidiorum, blasphemie cum arguunt: iterum falsos sub-  
iuroducunt testes: capiunt iterum qui discantur cordi-  
bus aduersarij, strident dentibus, continent aures, impetu  
faciunt, eiciunt extra ciuitatem, atque tandem blasphemiarum  
lapidibus obrunt: sed occidi non potest, qui re-  
gnare se virtute miraculorum ostendit in celis. Cum se-  
mel impij occiderint corpus, non habent amplius quid fa-  
ciant: iacent licet furentes odio in caelum lapides, eosdem  
in suum ipsi caput excipientes quod scriptum sit: Qui in al-  
tissimum montem lapidem super caput eius ceciderit.*

d Ecl. 27.

*Rogo te, lector, perpende, quanto Hagiomachi isti et-  
iam a terribis mancipatis supplicij, a Deo reiecti, inferno  
addicti hominibus sint nequiores. Dixit vnus ex illis e:  
Si quis ex mortuis uerit atque, penitentiam agerit, vnum mortuum  
reuoCATUM ad vitam fidem certam facturum uiuentem  
putans: istis vero nec satis sunt sex de mortuis excita-  
ti virtute reliquiarum sancti Stephani Protomartyris. Sed  
roget Deum iterum pro deploratis his miseris Stephe-  
nis: Domine ne statuas illis hoc peccatum: ( siquidem e quare*

multa non valent extinguere charitatem, nec flamma ob-  
ruunt illum) vt potentissimis eius precibus omnes ex Saulo  
conuertantur in Paulum.

*Sed in his, iam reliqua prosequamur. Diuina namque  
ipse sanctus, quas ab Oronio accepit Augustinus reli-  
quias Protomartyris Stephani, eisdem quibus ecclesias  
imperit: extat enim eius epistola ad Quintianum Episco-  
pum, qua significat eandem ad ipsum reliquias mittere.  
de alio autem alio missis, prater ea, que dicta sunt super-  
ius, ignoramus. Ceterum qui perlaturus eas in Hispaniam  
Orolus accepit, cum licet in eas reuerti provincias, inus-  
itatus expleto certum esse de quo constat, nam ratione  
appulsi in Minoricam insulam, eiusdem que loci Episco-  
po Seuero ex eius partem aliquam reliquit. Sed de his suo  
loco inferius dicendum.*

*Iam vero ad res Innocentij Romani Pontificis hoc anno  
gestas reuocamus orationem. Cum enim scilicet, in Af-  
rica ab Episcopis quibusdam immeritis ordinari, his oc-  
curreret, scribens ad Primatum totius Africa Aurelium  
Episcopum Carthaginensem literis & conuictus esse, de  
eis hoc anno, quarto Nonas Iunij. Certe quidem magnam  
fuisse penuriam clericorum in Africa, que ex litteris eius-  
dem Aurelij superius dicta sunt, dum petit vel a Romano,  
vel Mediolanensi Ecclesia mitti in Africa sacerdotum mi-  
nistros, satis ostenditur. Emendanda autem epistola ipsi  
est in alterius Consilium nomine, dum alius quam Theo-  
doli Palladii collega ponitur. Eluceo vero in ea epistola  
Romani Pontificis erga omnes Ecclesias cura propensior,  
cum & erga transmarinas quoque provincias pastoralis so-  
licitudine vigilat. Quo etiam anno Idem Romanus Ponti-  
fex ad consulationes Decentij Episcopi Eugubini respon-  
dit, de quibus a nobis superius alia occasione tracta-  
tum est.*

*Quod igitur summi munere Pontificij vniuersum ca-  
cum spectaret Catholicum orbem, idem Innocentius Pa-  
pa Ioannem Hierosolymitanum episcopum, epistola ad  
eum scripta, redarguit de his, que in familiaris sanctarum  
virginum Eustochij atque Paulae Iunioris ab impio impu-  
fuisse admittit, quoniam ista faciunt, ipse licet Inno-  
centij ad ipsum Ioannem scripte declamant, que sic se ha-  
bent in.*

*Dilectissimo fratri Ioanni Innocentius. Derelictione, uides, in-  
cendia, omne facinus execranda demencia, generosissima familie  
virgines Eustochij & Paulae desolauerunt, in hoc Ecclesie tua  
perpetrasse diabolum: nomen enim hominis, castitate retulerunt.  
Quod est amplexum non sit, & a quo commissum: oportuit tamen  
custodire germanitatem tuam, & egregium sollicitudine  
ne quid huiusmodi oriretur, cum ab horum periculo tua Lac-  
sit negligentia abmittere in progeni Domini. & tales agnos, quot  
incendo, armis & persecutionibus nudas, debiles post suorum ce-  
des & mortes vox uiuere audiuimus. Nihil mouet pietatem illam  
sacerdotum tu de tanta diaboli in te utique in tuos perestare ad-  
missa in te, inquam: propterea cum sacerdotum gerantem condemp-  
nat, tantum nescis in Ecclesia fuisse completum. Vbi pronuntia-  
tia? Vbi certe, si casta emenerunt, auxilia, vel consolationes? Cum  
pius se ad hoc uertere dicant, quam conueniunt esse perpeffas,  
Alicui conferunt, si essent aliquid de hoc necesse apertum collo-  
tuta. Vide, frater, anti qui hostis insidias, & sperta boni rectoris  
perungula, vt hoc que ad non opinione magis quam accusatione ma-  
nifesta delata sper, vel corrigantur, vel retundantur, ne tu Ec-  
clesiam de labellato casti enim, qui non defendit, praefare  
compellat. haec ad Ioannem Innocentius, cum idem Ioan-  
nes suspicione conuenientie de perpetrato scelere apud i-  
plum vehementissime pulsaret, quod sciret eum semper  
aduersatum esse Hieronymo, eisdemque sepe ante ne-  
gotium facessisse, sub cuius regimine sanctissima illa res-  
timina erat.*

*Suspicio, inquam, uehementis illa erat, quod cum (vt  
dicendum est, & ex litteris sancti Augustini superius decla-  
ratum) ipse Pelagium foueret quasi Catholicum, quem  
ante idem sanctus Hieronymus scripta epistola ad Cee-  
phontem, & post absolutioem eiusdem Pelagij in Con-  
cilio Palestino tribus dialogorum libris uehementer in-  
sectatus esset: vindicta causa in Berthehemitium mona-*

Actum,

sterium, ipsius nutu, ab impio Pelagianis ea tam nefanda  
faciunt perpetrata, quorum gratia eadem facte virgines  
apud Innocentium Romanum Pontificem conqueste ef-  
fuerunt. Sed predicandi plane illarum modestia, cum sic de-  
nulerint, ut tamen delinquentium nomina tacuisse volue-  
runt. quod eadem quoque virtute sanctus Hieronymus  
praefuit in litteris eadem ex causa datus ad eundem Ro-  
manum Pontificem, ut idem Innocentius significat liberis  
eo argumento ad ipsum S. Hieronymum redditis, quae sic  
habent:

XXXIII. Dilectissimo filio Hieronymo presbytero Innocentius Episco-  
pus.

Namquam boni aliquid contentionem fecisse in Ecclesia, re-  
flectat Apostolus: & ideo haereticorum correctiones primam fieri  
iubet, magis, iustitiam dicit collatione. Quae regula dum negligitur  
accipitur, maiorem non vitatur, quod cavendum est, sed auge-  
tur. Tamen quoniam dolor gemitus, eius ita quatuor visera no-  
stra, veritate non tractandi, considerandus sit: primum constantie  
tua alioquin fidei pro veritate quaeque invidia, aut (ut dicit) peri-  
culo periculis, qui expectat beatitudinem, multum sapienter affligit;  
& tua verba predicantis, ut bene memorem admonemus. Itaque  
excitati tanta malorum scientia, arripere auctoritatem sedis Apo-  
stolicae ad omne coprimendum nefas festinamus: sed in quem  
insurgemus, nec nomine appellatum legimus, nec crimini aliqua  
ratione exactione. Quod ergo postquam consolentur. Si deo iu-  
vante aperit, non manifestans, in homines aliquid accusationem;  
aut indices competentes tribuam: aut si quid videntur sollicitudine;  
a nobis fieri potest, non veritatis, sed dilectionis. Tamen Episco-  
po patri meo Ioanni scripsi, ut circumspicere agat: ne quid circa  
Ecclesiam filii creditam adhibere tale aliquid fiat, quod praesidere  
& propellere ne accideret, vel ne accidat, etiam ipsi sit & postea mo-  
lestissimum. hucusque Innocentius ad sanctum Hierony-  
mum.

XXXIV. Idem vero Innocentius Papa ad Aurelium (Episco-  
pum Carthaginensem puto) cuius diligentia perlatas i-  
psum sancti Hieronymi litteras accepisset, ista paucis rescrip-  
sit:

Dilectissimo fratri Aurelio Innocentius.  
Pissimum etiam ad nos perveniendi tuam affectionem bene  
comprehendit nosse credidit Hieronymus. Conspicimus gregis no-  
stri membra: & quod faciendum duximus vel facere potuimus, su-  
mmo velociter exequi. Germanitas tua, frater carissime, citius litteras  
memoratos reddere festinet. haec Innocentius ad Aurelium, ad  
quem litteras superius recitatas Hierosolymam mitten-  
das dedit. Saepè enim accidisse vidimus, ut ex Africa Fideles  
navigarent in Palaestinam: his vero temporibus Innocen-  
tius item nomine presbyter (ut videntur litterae S. Hiero-  
nymi ad Augustinum b, de quibus dicemus inferius)  
eodem se contulit.

At divini quidem dispensatione iudicij factum est, ut  
inter haec ipse Ioannes Hierosolymitanus Episcopus ad  
Dei tribunal rationem de omnibus redditurus, ex hac vi-  
ta morte subductus se fuisse cogitur. Hoc namque an-  
no eundem Ioannem mortuum esse, inde per facile intel-  
ligi potest, quod anno sequenti eius in sede successoris sunt  
reddidit litterae ad Romanum Pontificem, quibus inter alia  
significatur, iam ipsum Ioannem haud recens esse defun-  
ctum. Tenuit ipse sedem illam annis triginta; tot enim nu-  
merantur ab obitu S. Cyrilli eius praedecessoris. Subroga-  
tus vero in eius locum fuit Praxylus; ita enim nominatus  
reperitur in litteris Zosimi Papae anno sequenti recitandis,  
sicut pariter nominat eum Theodoretus, dum dicit: Post I-  
oannem illum administrabilem mortuum, Praxylus, qui nomini suo pul-  
chre respondebat (ob mansuetudinem scilicet) illius Ecclesiae  
regimen cepit, haec ipse, ex quibus omnibus corrigendum  
est Nicephori Chronicon, ubi loco Praxylus, legitur Pauli-  
nus Ioannis successor: vel alij emendandi, qui pro Praxylus  
dixerunt Cyrillum.

XXXV. In Consuetudine (inquit Marcellinus Comes in Chro-  
nico) Attici Episcopi Constantinopolitani scriptis ad Reginas, filias  
scilicet Arcadij Imperatoris, librorum de Fide atque virginitate,  
opus valde egregium, in quo praesentis dogma Nestori impugnavit.

haec ipse. Mira quidem res, filiae ipse quatuor Arcadij Im-  
peratoris, Pulcheria, Placilla, Arcadia, atque Marina, omnes  
paribus votis excolere castibem vitam virginitatem Deo  
dicantes, in Palatioque perinde ac in Monasterio mona-  
sticam vitam agentes: quarum omnium sancta Pulcheria  
Augusta & sanctitate & prudentia praecipuum locum tenens,  
facta est ceteris sancti instituti auctrix & modera-  
trix.

Rescripserunt hoc item anno Imperatores adversus  
Gentiles his verbis d: Qui profano pagani ritum errore seu cri-  
mine pelluntur, hoc est, Gentiles, nec ad militiam admittantur, nec  
Administratores & iudices honore decorentur. Dat. VII. Idus Decemb.  
D. N. Theodosio VII. & Pallado Conf. Quam in isto Dei iudicio  
factum apparet, ut Gentiles, qui sibi in Arato Imperium  
vindicare studuerant, iidem ab omnibus excluderentur  
magistratibus atque militibus.

Quod rursum spectat ad Imperatorum rescripta hoc  
anno data: Theodosius Imperator ad reprimendos Ale-  
xandrinis tumultus, quos anno superiori, diximus Oci-  
tatos, edidit sanctionem. Quod enim sciret corpus eorum  
qui a scriptis erant agrotantium cure, in numerum haud  
mediocrem excrevisse, nec contemnenda audacia esse,  
eisdemque omnes adversus Praefectum studere Cyrillo;  
de his rescriptis ad Monaxium Praefectum Praetorio il-  
lud admonens, ne Corpus illud excederet numerum  
quingentorum, eisdemque non ex diuitibus, sed pau-  
peribus allegendos; quos & veterit publicum quodlibet  
adire spectaculum, ne ad Curiam accederent, nisi  
singulis & virgine necessitate. Haec omnia cum hoc an-  
no cavenda Imperator indixit: certe quidem non aliunde,  
quam ex superioris anni tumultibus ista ipsa sanxisse  
putatur.

Vix enim credi potest, quae essent vires Episcoporum  
Alexandriae, cum illis ipsi homines fuerent, quos idem  
Imp. nominat Parabolanos tum in praesenti edito hoc  
anno dato, tum in alio sub duodecimo Honorij Constans-  
tini edito f. Fuisse autem hos minoris ordinis clericos al-  
lectos, exordium dati hoc anno rescripti insinuare vide-  
tur, in quo ista verba leguntur: Placeat nostrae clementiae, ut nihil  
commune clericis cum publicis actibus, vel ad Curiam pertinentibus  
habeant.

Ceterum quod ad ipsum nomen spectat, consentiunt  
recentiores, vocem hanc, Parabolanos, vel, ut habet Iu-  
lius Firmicus, Parabolios, sive Parabolos, vel habet So-  
crates, & ex eo Calliodorus, a voce Graeca παραβολος, de-  
rivari, qua significatur homo ad subeunda pericula praee-  
ptus, quales putabantur, qui cure omnis generis agrotan-  
tium pestis quoque tempore, praesent. Verum quod ex  
caritate eiusmodi primo manavit officium, qua nulla  
maior videri poterat, cum poneret quis animam suam pro  
amicis suis, transiit in factionem, cum iidem pro Episco-  
pis pugnatari, negotium facerent quoque Praefectis: cuius  
avertendae rei causa Theodosius, anni superioris (ut vidi-  
mus) malis admonitus, ea adversus eiusmodi genus homi-  
num statueret opus habuit. Qui ergo diffidia anni superio-  
ris inter Orestem Praefectum & Cyrillum Alexandrinum  
episcopum ignorarunt, quorum causa haec sanxita esse no-  
scentur, pariter hallucinatos esse oportuit in eiusdem fun-  
ctionis interpretatione. Rescriptum vero postea idem Theo-  
dosius, ut iidem, qui sub numero quingentorum fuerant  
sua sanctione restricti, quod cure infirmorum non satis  
esse viderentur, ad sexcentos excreverent, quibus in om-  
nibus praesert Episcopus Alexandrinus. Sed de his ha-  
ctenus.

IESU CHRISTI  
Annus 417.  
INNOCENTII PAP. HONOR. 23. IMP.  
ANNUS 16. THEOD. 10.  
QVADRINGENTISIMVS decimus septimus Chri-  
sti annus Honorio Augusto vndecimum & Constans-  
tino

FILIA AR-  
CADIJ OM-  
NES VIR-  
GINITA-  
TEM SE-  
GTATE.

XXXVII.  
d. 11. de Pa-  
gan. C.  
Theod.

XXXVIII.  
DE PARA-  
BOLANIS  
RESCRI-  
PTVM IM-  
PERATO-  
RIE.  
L. 43 de  
epic. & cler.  
G. Theod.

L. 43 de  
epic. & cler.  
G. Theod.

XXXIX.

L. 43 de  
epic. & cler.  
G. Theod.